

turto dispergit. Deus seruat filijs illi
us dolorem patris. et cum reddiderit tunc
sciet. Videbunt oculi eius interfectione
sua. et de furore omnipotentis biber. Quid
enim ad eum pertinet de domo sua post se?
Et si numerus mensium eius dimidi-
etur? Nunquid deum docebit quispiam
scientiam. qui excelsos indicat? Ipse mo-
ritur robustus et sanus diues et felix vi-
scera eius plena sunt adipe. et medullis
ossa illius irrigantur. Alius vero mori
in amaritudine anime sue absque ullis
operibus. et tamen simul in puluere dormi-
ent. et vermes operient eos. Certe noui
cogitationes vestras. et sententias pro-
me iniquas. Dicatis enim. Ubi est domus
principis. et ubi tabernacula impiorum?
Interrogate quemlibet de viatoribus. et
hec eadem illum intelligere cognoscetis.
Quia in diem perditionis seruat malum
et ad diem furoris duces. Quis arguet
coram eo vias eius. et que fecit quis red-
det illi? Ipse ad sepulcra duces. et in con-
gerie mortuorum vigilabit. Dulcis fuit
glaries coccyti. et post se omnem hominem
trahet. et ante se innumerabiles. Quomodo igitur
confolamini me frustra. cum responsio ve-
stra repugnare ostensa sit veritati?

CLXXII

Respondens autem eliphaz thema-
nites dixit. Nunquid deo potest
comparari homo. etiam cum per-
fecte fuerit scientia? Quid prodest deo si
iustus fueris. aut quid ei confers si ima-
culata fuerit vita tua? Nunquid timent
arguet te. et veniet tecum in iudicium. et
non propter malitiam tuam plurimam et
infinitas iniquitates tuas? Abstulisti enim
pignus fratrum tuorum sine causa. et nudos
spoliasti vestibus. Aquam lassum non de-
disti. et esurienti subtraxisti panem. In for-
titudine brachij tui possidebas terram.
et potentissimus obtinebas eam. Viduas
dimisisti vacuas. et aceros pupillo-
rum comminasti. Propterea circumdatus

es laqueis. et conturbat te formido subiti-
ta. At putabas te tenebras non visurum. et
impetum aquarum inundantium non oppres-
sum iri. An cogitas quod deus excellens
celo sit. et super stellarum vertices sublimetur?
Et dicis. Quid enim nouit deus?
Et quasi per caliginem iudicat. Pubes
lanbulum eius. nec nostra considerat. et
circa cardines celi perambulat. Nunquid
semitam seculorum custodire cupis. quia
calcauerunt viri iniqui qui sublati sunt
ante tempus suum. et fluuius subuertit
fundamentum eorum. Qui dicebant
deo. recede a nobis. et quasi nihil possit
facere omnipotens. estimabant eum cum
ille impleset domos eorum bonis. Quo-
rum sententia paulum sit a me. Videbunt in-
fanti et letabuntur. et innocens subfannabit
eos. Nonne succisa est erectio eorum. et
reliquias eorum deuorauit ignis? Aliquid
esse igitur ei. et habero pacem. et per hoc ha-
bebis fructus optimos. Sulcipe et ore
illius legem. et pone sermones eius in cor-
de tuo. Si reuersus fueris ad omnipoten-
tem edificaberis. et longe facies iniquita-
tem a tabernaculo tuo. Dabit pro terra si-
licem. et pro silice torrentes aureos. Erit
ergo omnipotens contra hostes tuos. et ar-
gentum coacernabit tibi. Tunc super om-
nipotentem delictis afflues. et eleuabis
ad deum faciem tuam. Rogabis eum. et ex-
audiet te. et vota tua reddet. Decernes
rem. et veniet tibi. et in visis tuis splende-
bit lumen. Qui enim humiliatus fue-
rit. erit in gloria. et qui inclinauerit ocu-
los suos. ipse saluabitur. Saluabitur in-
nocens. saluabitur ante mundicia ma-
num suarum.

CLXXIII

Respondens autem iob ait. Nunc quod
in amaritudine est sermo in me. et
manus plaga mee aggravata est
super gemitum meum. Quis mihi tribuat
ut cognoscam et inueniam illum. et veniam visum
ad solium eius? Nonne coram eo iudicium. et os
meum repledo increpationibus. ut sciam verba